



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

Eck, Johannes

Antverpiae, 1541

9 De satisfactione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35599

ris rideatur.

Loquitur de cōfessione pœnitentiæ solennis, non priuata peccatorū confessione. Vide latius de confessione librum nostrum.

DE SATISFA-
ctione IX.

¶ Primum axioma.

DImissa culpa per contritionē & absolutionē, pœnitēs satisfacere debet pro pœna. Adā procul dubio pœnituit post culpam, neq; tamen ilico à pœna sibi à deo cōminata: In quacūq; die comederis ex eo, morte morieris, solutus est: Imo post trāsgressum diuinū pœceptum, vltra comminatam mortis pœnam alias superaddidit deus, dicens Adē: Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo pœceperam tibi, ne comederes: Maledicta terra in opere tuo: In laboribus comedes ex ea cunctis dieb. vitę tuę. Spinas & tribulos germinabit

Gen. 2

Gen. 3

bit tibi, & comedes herbas terre. In sudore vultus tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua assumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Mulieri quoque dixit: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. In dolore paries filios, & sub viri potestate eris, &c. Et sicut omnes peccauimus in Adā: Rom. 5. Ita omnes morimur in ipso, remissa etiā in baptismo, originalis peccati culpa, pro qua mors & aliæ pœnalitates sunt inflictæ.

Dauid post commissum adulteriū & homicidiū pœnitens dixit ad Nathan: Peccaui domino. Dixitque Nathan ad illum: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Transfertur autem peccatū, non quo ad culpam, sed ad pœnā. Quod fusius explicat Gregorius & Augu. de pœnitentia dist. 1. capite: Si peccatum Dauid; & cap. Sicut primi parentes.

Sunt & alia multa exempla, quæ

I 2 idem

DE SATIS

Num. 12 idem indicant & probant, Maria soror Moysi post dimissam in Moysen murmuris culpā, lepra percussa est, nec ilico orāte Moysē Dominū pro ea ut sanaretur, mundata est, sed septem diebus iubente domino in pōnam peccati, extra castra separata, leprosa permansit.

Num. 20 Deus prēdixit Moysen, & Aaron non ingressuros neq; introducturos populum Israeliticum in terrā promissionis, propter peccatum incredulitatis apud aquam contradictionis, dimisso procul dubio his sanctis viris hoc peccato fratres Ioseph fatebantur se iuste pati pro flagitio in Germanum perpetrato dicentes inter se: Merito hæc patimur quia peccauimus in fratrem nostrum, &c.

Gen. 42 Heli quia filiorū facinora minus q̄ debuit corripuit, cadēs de sella retrorsum, fractis ceruicib⁹, mortuus est.

2. Reg. 24 Indultum Dauidi per misericordiam

FACTIONE. 67

diā dei (quā implorabat) piaculum numerati populi, seuiſſima peſtis comitata eſt, & eo pœnitēte, iuſſus à propheta Gad ſatiffacere, ere 1. Par. 21
xit altare, & obtulit pro, 50. ſiclis.

Niniuitæ ieiunauerūt, induerunt ſe ſacco &c. Ioan. 3

Ahab ieiunauit, operuit ſe cilicio, dormiuit in ſacco, ambulauit de miſſo capite, & placauit dominum. 3. Reg. 21
Hier. 18

Si egerit gens illa pœnitentiam à malo ſuo: & ego agam pœnitentiam ſuper malo quod cogitauī, vt facerem ei.

Pro menſura peccati erit, & plaga ſum modus. Deut. 25

Quantum glorificauit ſe, & in delictis fuit, tantum date illi tormentū & luctum. Apo. 18

De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, & ne dicas: Miſeratio domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Chriſtus ſanato paralytico, 38. annos in
Eccle. 5
Ioan. 5

E S A T I S

infirmi- tate habēti dixit, Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne deterius aliquid cōtingat, manifeste innuens hāc in tot annos per seuerātem infirmitatem, nō nisi in pœnā peccati, longe ante (id quod haudquam incredibile est) per patiētiam infirmī & dei misericordiā deleti, inflictā: vide Tom. 4. Hom. 49. & li. 3. de pœnitentia.

¶ Secundum axioma.

Opera satisfactoria, puta oratio, ieiunium, elemosyna quæ cōfidenti iniunguntur, ad pœnitētiæ sacramentum pertinent.

Leuit. 4. 5. In Leuitico iubet dñs offerri diuersas hostias pro diuersis sacerdotis, principis, & populi peccatis.

Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu: Daniel cōsuluit Nabuchodonosori dicens: Pœtā tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperū.

Ion. 3. Niniuitæ pœnitētes ad Ionæ prædica

dicationem, induiti sacco ieiunauerunt vna cum iumentis, orantesque clamauerunt ad dominum. Viditque deus opera eorum, & misertus est eis: Hos collaudans seruator noster Christus praefert Iudaeis impenitentibus, dicens: Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione ista, scilicet obstinatorum non satisfacientium pro delictis suis, & condemnabunt eam quia egerunt poenitentiam ad praedicationem Ioniae.

Ioannes Baptista hortabatur populum, dicens: Facite fructus dignos poenitentiae.

Christus exprobrabat ciuitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes, quia non egissent poenitentiam. Vae tibi Corozaim, Vae tibi Bethsaida, quia si in Tiro & Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio & cinere poenitentiam egissent.

Nisi poenitentiam habueritis omnes

DE SATIS-

2^a Cor. 6 similiter peribitis, sicut illi decē & octo supra quos cecidit turris in Si-
loe & occidit eos. In omnibus exhi-
beamus nos sicut dei ministros in ie-
iunijs multis &c. Itaq; liquet satis-
factionem vere pœnitenti pernecef-
sariam esse.

¶ Obijcit Lutherus,

Luc. 3 Primo, Ioan. Baptista missus præ-
dicare pœnitentiam, docuit solum
obseruantiam præceptorum dei, di-
cens: Nihil amplius quàm quod cõ-
stitutum est vobis, faciatis, nulla de
Ezech. 18 satisfactione mentione habita.

2 Dominus dicit per Ezech. Si con-
uersus fuerit impius ab impietate
sua, & fecerit iudicium & iustitiam
vita viuet, & non morietur. Ecce ni-
hil imponit nisi iudicium, & iusti-
tiam &c.

Mich. 6 3 Micheas dicit: Indicabo tibi o ho-
mo, quid sit bonũ, & quid dominus
requirat à te. Vtiq; facere iudicium,
& diligere misericordiam, & ambu-
lare

care sollicitum cum deo tuo &cæt.

Et corroborat quia propheta ibi *Idem*
dem irridet eos, inquit, qui per ope-
ra satisfacere volunt, dicens: Quid
dignum offeram domino, Nunquid
ei offeram holocaustomata, & vitu-
los anniculos? Nunquid placari po-
test in millibus arietum, aut in mul-
tis millibus hircorum &c. quasi dice-
ret non.

4. Christus per passionem suam, &
mortem satisfecit pro peccatis no-
stris: At passio Christi sufficiens erat,
nō solum pro peccatis amouendis,
sed etiam pœnis delendis, Languo- *Esa. 53.*
res enim nostros ipse tulit, ait pro-
pheta, & dolores nostros ipse porta-
uit, ergo &c.

¶ Respondent Catholici. *De primo.*

Negamus primo Ioannem nō do-
cuisse satisfactionem, indixit quip-
pe eleemosynam quæ ad satisfactio-
nem pertinet, dicens: Qui habet
duas tunicas, det nō habenti, & qui
15 *escas*

DE SATIS-

efcas habet similiter faciat. Imo baptizati à Ioāne confitebantur peccata sua, vt secūdm qualitatem peccatorū, eis pœnitentia determinare. Vnde docuit dignos facere fructus pœnitentiæ, qui fructus, vtiq; per opera satisfactoria. Mentitur igitur Lutherus Ioannē non nisi præceptorum obseruātiā imposuisse.

Ad hæc dicimus quod Ioānes prædicauit non absolute pœnitentiam, sed baptismum pœnitentiæ, non suū sed Christi in remissionem peccatorum. Ideo non debeat à se baptizatis, & postmodum Christi baptis- mate (in quo simul remittitur & culpa, & pœna) baptizandis, expressiorem de satisfactione facere mentionem.

De secūdo dicitur, 3. In verbis prophete nihil aliud pollicetur q̄ vita gratiæ, ad quam assequendam, & si non præexigatur satisfactio in re, præexigitur tamē in voto & proposito, & necessario sequitur

quitur ad assequutam gratiæ vitam
conseruandam.

Porro si hoc prophetæ verbo nõ
exprimeretur satisfactio, tamen se-
quitur, ergo satisfactio non est, aut
Propheta fefellit nos. Quandoqui-
dẽ quod vno loco in scripturis non
exprimitur, alibi abunde depromi-
tur. Sicut hoc loco solam iustitiam
exprimit, nihil de fortitudine, tem-
perantia aut castimonia loquẽs, quæ
tamen alijs in locis ponũtur ac præ-
cipiuntur.

Micheas in his verbis non seclu-
dit quin potius includit opera satis-
factoria. Nempe per iudicium intel-
ligitur seuera suiþsius condemna-
tio, per diligere misericordiã elee-
mosynæ ac pietatis opera ex chari-
tate in pauperes exercẽda, & peram-
bulare sollicitum cum deo, præcepto-
rum diuinorũ obseruantia, Concor-
dat August. dicens: In hac pœniten-
tia, maiorem in se quisq; seueritatẽ
debet

De tertio
dicitur 2.

De pœnitẽ
tiæ medici-
na cap. 2

DE SATIS-

debet exercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à domino, ipse apostolus ait.

Nec Micheas irridet eos qui Deo per bona opera satisfacere volunt, sed vult, q̄ sacrificia, & holocaustomata animalium non sufficiebant, nec valebant ad deletionem pecca-

torum. Heb. 10. Impossibile enim erat sanguine hircorum, & vitulorum aufer-

ri peccata. Et q̄ in seipsis grata non erant neq̄ accepta deo. Esa. 1.

De quarto Passio Christi quæ sufficiens est, dist. 3. per ad tollendum omnem reatum pœnæ q̄. 83. ar. 4. 3. non solum æternæ, sed etiam temporalis, & secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi, percipit etiam absolutionem à reatu pœnæ.

Rom. 6. In pœnitentia enim homo conficitur virtutem passionis Christi, secundum modum priorum actuum qui sunt materia pœnitentiæ. Vnde apostolus hortatur pœnitentes

tes, dicens: Sicut exhibuistis membra vestra seruire immūditie & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitie in sanctificationem. Vide Tomo 4. Homilia, 51.

Et si obijciatur Aug. dicit libro de pœnitentia. Nunquam dominus aliquem sanauit, quem non omnino liberauit, totum enim hominem sanauit in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione, ergo videtur quod remissa culpa, simul etiam remittatur omnis pœna.

Dicendum, quod deus totum hominem perfecte curat. Sed quandoque subito, sicut socrum Petri statim restituit perfecte sanitati. Quandoque autem successiue, sicut cecus illuminatus à Domino, primo restitutus est ad imperfectum visum, vnde ait Video homines velut arbores ambulantes, deinde restitutus est perfecte, ita

De pœ. di.
8. cap.
Sunt plures

Luc. 4.

Mar. 8.

DE EVCHAR. SVB

Ita vt videret clare oīa. Et ita etiam
spiritualiter quandoq; tanta cōmo-
tione cōuertit cor hominis, vt subi-
to perfecte consequatur sanitatem
Luc. 7 spiritualem, vt Magdalena. Quan-
do autem prius remittit culpam per
gratiā operantem, & postea per gra-
tiam cooperantem, successiue tollit
reatum pœnæ, & alias peccatorū re-
liquias. Non habetur igitur ex fa-
cto Christi, quod remissa culpa, si-
mul remittatur omnis pœna, sed ma-
gis contrarium &c.

DE EVCHARISTIA sub vtraq; specie X.

¶ Sufficere laicis alteram spe-
ciem ostenditur.

Ioan. 6 **H**ic est panis qui de cœlo de-
scendit, vt si quis māducaue-
rit ex eo, non moriatur. Pa-
nis verus est, qui de cœlo descēdit,
& dat vitā mūdo: Ego sum panis vi-
uus, qui de cœlo descendi. Et panis
quem